effectus gratie non est purgare: sed per accidens. scilicet ratione subiecti in quo est. Item effectus essentialis semper consequitur causam suam: sicut calefacere semper consequitur ignem: et hunc effectum huius ignis semper ubi cumque sit: quia proprius effectus eius est. Sunt alii effectus ipsius contra hunc defecare: indurare. et isti effectus non semper consequuntur ignem in quocumque sit: quia non quocumque calefit ab igne induratur. Cum ergo purgare non semper consequatur gratiam: pro quod non est essentialis effectus gratie nec proprius. Item Actus. scilicet fidei purificans corda eorum. ergo purgare fidei est. Non igitur soli gratie. Sed proprius est quod uni soli convenit. ergo non est proprius effectus gratie. Queritur quomodo gratie sit proficere. Si ergo gratia proficit animam aut proficit eam secundum substantiam: aut secundum potentiam. Quod autem non proficiat per potentiam per se. Anselmus in libro de gratia et libero arbitrio. In fantibus qui mox baptizati gratia sola operatur salutem sine illo arbitrio. ergo gratia dat salutem anime sine arbitrio. ergo non proficit arbitrium. Non igitur proficit potentiam anime. Item Anselmus in eodem libro. Gratia subsequitur donum ut nunquam sen magnum seu parvum sit: illud dare deficiat. Gratia igitur semper est cum suo actu. et status non semper est cum suo actu. unde fides non semper movet ad credendum. sicut patet in dormiente. Est ergo potentia gratie et status. Si ergo status proficit et gratia: oportet quod proficiant secundum aliquid et aliud. unde si status proficit secundum potentiam: gratia non proficit secundum potentiam: sed per aliud. Item gratia non proficiat substantiam anime ostendit Augustinus. Dicitur gratie sunt operas et cooperas. gratia operans est que nos facit velle. gratia cooperans que nos facit operari quod volumus. ergo gratia deo operari. anima autem non movet ad opus per substantiam sed per potentiam. Item gratia essentialis anime est simplex. et ideo non potest diminui per peccatum. cum peccatum sit diminutio boni. Sed potentia potest diminui: quia habet ordinem a quo potest diminui ita quod minus habet ad bonum. et hoc fit per peccatum. Peccatum igitur non corrumpit essentialitatem anime sed potentiam. Si ergo opponitur peccatum per gratiam non proficit substantiam anime sed potentiam. Item. unde quod purgare. illuminare. proficere sunt proprii effectus gratie et essentialis. Cum enim gratia nihil aliud sit quam similitudo anime ad deum: sicut dicit Augustinus. gratia intendit animam assimilare deo. et hec tria necessario occurrunt ad assimilationem. scilicet purgare. illuminare. proficere. quia assimilatio nihil aliud est quam motus a dissimili ad simile. unde tunc anima assimilatur deo: quando movetur a dissimilitudine ad similitudinem: vel a similitudine ad maiorem similitudinem: ut magis sit similis. sic dicit Dionysius. quod purgare respicit ipsam dissimilitudinem amovendo ipsam ab anima. unde purgatio est remotio dissimilitudinis ab anima. Illuminare vero et proficere introducit ipsam similitudinem. Sicut ergo forma naturalis primo remouet dispositiones dissimiles a materia. et tunc purgat. contra introducit dispositiones similes in materiam. et tunc deo illuminare materiam. ultimo introducit se ipsam in materiam et proficit eam. et hec necessaria sunt ad hoc quod forma naturalis assilet sibi aliquid. Sicut vero quod ista necessaria sunt ad hoc quod anima assilet. scilicet quod purgetur a dissimilitudine: et quod illuminetur a similitudine: et quod ultimo proficiat: et sit assimilata. unde purgare et illuminare dicuntur respectu fieri. proficere autem quando totum completum est: nec aliter fieret assimilatio. sicut etiam per de luce ad hunc quod assimilaret sibi aerem: quod purgetur aerem a tenebris: et quod ipsum disponat et illuminet: et quod se faciat in aere. et ipsum proficiat. sic est de gratia que est lux spiritualis ad hunc quod ipsa assimilaret animam deo. Et ideo proprie eius actus sunt isti. Ad primum in contrarium quod gratia non purgat in christo et sicut nec in anima. unde quod purgatio nihil aliud dicitur quam motus ad puritatem. sed possumus intelligere quod huius motus vel mutatione ad puritatem multi plures. vel quia fit mutatio de puro ad puritatem maiorem. vel de non puro ad puritatem. Si de non puro ad puritatem hoc est dupliciter quia non purum est dupliciter. scilicet per abnegationem: vel per privationem. non purum per abnegationem est quod non habet puritatem nec etiam contrarium puritatis. non purum per privationem est quod non habet puritatem et huius contrarium puritatis. Secundum ergo primum modum ad hunc in statu conditionis ante infusionem gratie fuit non purus. quia non habuit puritatem gratie: nec tamen habebat contrarium. Quod ergo infusa fuit ei gratia movebat ad hunc de hoc quod non habebat puritatem gratie ad hoc ut haberet eam. unde huius motus fuit factus in ipso purgatio. Secundum vero primum modum non fuit purificatio in anima nisi post peccatum: sicut in peccato. quia habet contrarium puritatis. si ergo gratia ei infundatur: purgat contrarium puritatis ab ipso et ponit in eo puritatem. Sicut motus de puro ad puritatem est dupliciter. vel de minori puritate ad maiorem puritatem. vel de puritate ad puritatem continuationem. In sanctis ergo qui habent gratiam et sunt in statu proficendi: purgatio est mutatio de minori puritate ad maiorem. In christo vero in quo gratia fuit ab initio in summa perfectione purgatio est velut motus a puritate in eiusdem puritatis continuationem. Ad aliud quod obicitur quod fides purgat. unde quod fides deo purgare non ratione sui: sed ratione gratie existens in fide. et sicut videmus quod duplex est sensus. communis et particularis. et sensus duplex. scilicet communis et particularis. sensus particulares habent sensata propria. et de his

vez est q̄ sensatū vni non ē alteri? vñ color
 qui ē sensatū visus p̄ticularē non ē sensatum
 auditū. Sensatū autē commune ē magnitudo
 quantitas vel superficies. hoc cñi p̄t sentiri a
 quolibz sensu p̄ticulari. ita p̄ q̄ ē vn̄ sensus
 communis in istis sensibz particularibz: quo vn̄
 sentit qd̄ alī sentit. s. sensatū commune quod ē
 quāritas. Sif̄ vñ q̄ quidā sunt p̄tū effectus
 statū rōne statū. Quidā autē nō rōne ipaz
 fm se. s. rōne alicui p̄ncipiū commune existētis
 in ipsis. r̄ illud est grā. fides enim rōne fidei
 bz suū p̄tū effectū qui non ē alteri r̄tutis. s.
 credere. Caritas enim non credit. Simil̄ de
 caritate respectu fidei r̄ aliaz virtutū. p̄mi
 effectū sunt particularēs. Secūdi autē effectus
 sunt communes r̄tutibz. vñde non ē purgare ef
 fectū fidei rōne sui vel alteri r̄tutis. s. rōne
 commune p̄ncipiū existētis in eis quod est grā.
Ad aliud quod obf̄ de illuminatione vñ.
 q̄ similis sit opatio grē ad r̄tutes que ē lu
 minis ad radiū. sic p̄habitū ē. vñde p̄ q̄ grā
 que est sic lumen in aīa illūat fm in distinctio
 nē ad distinctas p̄tes. imo simpl̄. r̄tus autē
 fm distinctiōnē. **Ad alias rōnes quibz obf̄**
 de p̄fectione vñ. q̄ illud quod est ī anima in
 distinctū vñ grē attribui ad p̄ficiēdā. illud autē
 quod est distinctū r̄ p̄ticularē vñ r̄tuti attri
 bui vt p̄ficiat ab ipā. p̄terea p̄mo r̄ p̄ncipa
 liter grā p̄ficiat eētā aīe. secūdariō libez ar.
 qui est motor vñs in aīa. vñde eū d̄r. gratia
 mouet ad opa: r̄ r̄tū mouet ad opa: hoc viffe
 renter d̄r. quia grā est mouens vñ ad opera.
 r̄tus p̄ticulariter. sicut fides mouet in deum
 vt vez. caritas mouet in deū vt bonum. spes
 mouet vt in beatū vel gloriofū. vez autē r̄
 bonū r̄ gloriofū sunt unū sbaliter: quod ē ipse
 deus. sunt tñ p̄ticularēs rōnes r̄ diuerse. r̄tu
 tes igit̄ mouēt fm istas p̄ticularēs rōnes. grā
 autē fm rōnē vñem: non distinguēdo vez bo
 nū. gloriofū: mouet in deū. **Ad p̄mū q̄**
 an sel. vñ q̄ hoc q̄ grā in infantibz p̄stet salu
 tem sine libero ar. hoc est ex imp̄fectione susci
 pientis qui non p̄t vti libero ar. vñde q̄ ipz
 non p̄ficiat in actu: hoc est ex imp̄fectione r̄
 impotētia suscipientis. **Ad aliud p̄ r̄fio**
 q̄ grā p̄ficiat sbam r̄ potētiā vñem. r̄tus autē
 potētiās p̄ticularēs. **Ad aliā rōnē in cōf̄riū**
 vñ q̄ opafad sbam aīe r̄ potētiā. p̄mo mō
 ē in ratione informant. z mō est in rōne mo
 nentis. p̄mo modo non diuidit p̄ operans r̄
 coopans: s. secūdo modo. vñ illa rō solū p̄ce
 dit de grā p̄t opaf ad potētiā aīe. r̄ nō ad

ad sbaz. **Ad aliud vñ.** q̄ sbā aīe p̄t vñp̄r
 cōsiderari. s. fm suā esse absolutū. r̄ sic peccat ī
 non corrūpit ipsam. vel fm suū eē opatū: qd̄
 est eē ordinis ad finē: fm quē tendit ad deū.
 r̄ quantū ad illud esse peccatū corrūpit esse
 ipsū anime. r̄ s. istū eē p̄ficē etiā grā sbaz aīe.

Consequenter queri

tur vtrū p̄tū effectū sint grē viuificare. assi
 milare. gratificare. r̄ oñ d̄r p̄mo q̄ viuificā
 sit p̄tū effectū ipsū grē sic. De in creatura rō
 nali est p̄ncipiū vite sp̄ialis. vñde act. 17. In
 quo viuim? mouemur r̄ sum? Sed p̄mū quo
 viuūt rōnalis creatura p̄ deū ē grā. S; illud
 quo p̄mo viuūt d̄r viuificare. igit̄ grā viuifi
 cat. **Itē culpa mortificat aīa. igit̄ viuificat**
o trario illi. s. grā. ḡ zc. **Conf̄.** Abad. z. Just
 ex fide mea viuūt. ḡ viuificare conuenit fidei. n̄
 ḡ est effectū p̄tū grē. **Itē. i. 30. 3.** Qui nō di
 liget manet in morte. Si ḡ non diligere est cā
 mortis. ḡ diligere est causa vite. S; diligere ē
 caritatis p̄p̄ie. ḡ caritatis p̄p̄ie ē viuificare
 Non ḡ est p̄p̄ius effectū grē. **Itē Ricar. de**
santo nic. in li. de arra sp̄s ad sp̄sas. Scio
 aīa mea q̄ dilectio vita tua est: r̄ sine dilectōe
 esse non potes: S; dilectio est caritatis. ḡ r̄ vi
 ta aīe. ḡ zc. **Itē uides q̄ reformare sit p̄p̄us**
effectū grē. p̄. Signatū ē sup nos lu. uult. r. d.
Elo. lumē grē tue quo reformafūmago tua in
nobis qua tibi similes sum? **Itē ibidē disti**
guif triplex imago in glo. s. imago creationis
r̄ recreationis. r̄ similitudinis. imago creati
onis est rō. imago recreationis ē grā. imago
similitudinis est ipsa sapiā: que est ipse filius
dei: ad quam imaginē homo cōdit est. Imago
ḡ recreationis aīe est grā. S; imago recreati
onis est imago reformationis aīe ad deum. ḡ
grā est imago assimilationis r̄ reformatiōis
anime ad deū. **Conf̄.** Si grā assimilat: opz
 q̄ assimilet uel fm cognitionē uel fm amorē;
 S; neutro modo assimilat grā: quia grā habz
 eē in non habētibz cognitionē nec amorē fm
 actum sicut in paruulis: quoz aīe non habent
 cognitionē in actu nec amorē. ḡ grā non assi
 milat p̄ cognitionē nec p̄ amorē. ḡ assimilare
 non ē effectū grē. **Itē ostēdit q̄ effectū gratie**
prop̄i sit gratificare. quia d̄r eph. i. In laudē
glorie grē sue in qua gratificauit nos in xpo.
Ex quo relinquit q̄ p̄tū effectū grē sit gratifi
care. **Itē cū gratificare sit quidam effectū**
ostēdēs grām re r̄ noie. quia si gratia est: grā
tificare est. r̄ si ḡtificare est: grā est. Et similit̄

Non igitur est gratie iustificare. **I**tem ostendit quod opus gratie sit actus meritorios producere. i. cor. i. s. Gratia dei sum id quod sum. et gratia dei in me vacua non fuit. Uult ergo dicere quod gratia dei in ipso fructificauit. Sed fructificatio ista attenditur quantum ad meritum. ergo gratia producit opus meritorium. **I**tem ad phil. 2. Ipse operatur in nobis uelle et perficere bonum. Sed ipse deus non operatur nisi per gratiam in nobis. ergo gratia elicit a uoluntate opus bonum: et ita meritorium. **I**tem aug. ad ualentinum. Cogitare uel agere secundum deum nulla ratione sine gratia dei possumus. propter quod dominus cum de fructu iusticie loqueretur ait discipulis. Si in me nihil potestis facere. Jo. i. s. Si ergo gratia est principium in nobis cogitandi secundum deum et agendi. ergo ipsa est que opus meritorium producit. **C**ontra. Uirtus est ad recte agere. Si ergo omne meritum attenditur quantum ad recte agere et utitur in quantum est omne meritorium elicere. Non ergo per se est gratia. **R**espondendum est quod gratia comparatur ad animam ut uita: et ut motor: et ut lux: quia gratia est similitudo summe uirtutis. et sic comparatur ut lux. Est etiam similitudo summe bonitatis. et sic comparatur ut uita. Est etiam similitudo potestatis et uirtutis. et sic comparatur ut motor arbitrii ad animam. Potentia autem attribuitur patri. uirtus filio. bonitas spiritui sancto. et ideo gratia est similitudo totius trinitatis: et assimilatur nos toti trinitati. Sed etiam quod comparatur ut lux eo quod est similitudo summe uirtutis: summe tres effectus gratie. scilicet quod comparatur ut uita eo quod est similitudo summe bonitatis: summe tres alii effectus. scilicet quod comparatur ut motor. scilicet eo quod est similitudo summe potestatis seu uirtutis: sunt eius effectus tres. scilicet iustificare. excitare. motus meritorios elicere. et hoc per comparationem ad liberum arbitrium. quia sicut dicit Ber. de li. ar. Liberum arbitrium gerit similitudinem diuine potestatis: eo quod non potest cogi. unde circa ipsum sunt isti tres effectus gratie. hoc diuersimode. quia liberum arbitrium est facultas uoluntatis et rationis. Excitare igitur est effectus gratie circa liberum arbitrium. quo ad rationem. iustificare quo ad uoluntatem. motus meritorios elicere quo ad facultatem. Ubi gratia mouet uoluntatem per iustificationem. quia sicut dicit anselmus. iusticia est reuerentia uoluntatis. et ideo iustificatio est ipsius uoluntatis. excitatio est ipsius rationis. motus meritorios elicere est ipsius facultatis seu potestatis. ubi tria hec bonum cogitare. uelle. perficere facit gratia in nobis. sicut dicit Ber. de gratia et li. ar. Gratia imitatio bona cogitationem nos peruenit. imitando mala uoluntatem nos sibi per affectum iniungit. ministrando consenti facultatem foris per opus

apertum internum opifex innotescit. et hoc planum est in iustificatione adultorum. qualis autem sit in paruulis iam patebit. **A**d primum ergo dicitur quod gratia duplex est. gratia faciens: et gratia data. et hoc non est gratia faciens: sed tamen disponens. scilicet excitatio duplex est. uel a gratia gratum faciente. uel a gratia gratis data seu disponere. Dicitur ergo quod iustificationem in peccato mortali non est excitatio a gratia gratum faciente: sed a gratia disponente uel gratis data: quia habent fidem informem que excitat eos ad cogitandum de diuino iudicio et de diuina misericordia ad hoc ut timeant et uoleant de peccatis. Similiter in infidelibus est ipsa recta ratio: quam appello gratiam gratis datam seu disponentem. quia hoc in se non est nisi tamen gratis data a deo: et etiam quod moueat ad bonum gratis datum a deo. hec autem facit eos cogitare et cognoscere quod deus creator est: et quod bonum est: et quod ab ipso habent quicquid habent et quod ipse colendus est. et sic etiam excitat eos ad eorum secundum quod nihil possunt habere nisi ab eo. et sic excitat eos ad amorem et timorem ipsius. Alia autem excitatio est que est a gratia gratum faciente. **A**d aliud quod obicitur quod iusticia careat deus: esse autem iusticie: non gratia dicitur quod iusticia dicitur particulariter et proprie et generaliter. iusticia specialiter dicitur deus specialis reuerentia aie: per quam reuerentia anima ut reddat propter quod suum est. Ubi hec est reuerentia aie per comparationem ad primum. hec est iusticia que est una de uirtutibus cardinalibus. **I**usticia igitur generaliter dicitur est generalis reuerentia anime per comparationem ad deum et primum et ad se ipsum. et hec reuerentia est conformatio uoluntatis nostre ad uoluntatem diuinam. et ab hac dicitur generaliter iusticia. que est in conformacione uoluntatis ad deum. Nec tamen iusticia aliter est in paruulis: aliter in adultis: quia sicut iniusticia que est in paruulo non inest ei ex actu sui arbitrii: imo est iniusticia que ei fit ex alia operatione. In adulto igitur est iniusticia quam sibi facit: et ad quam cooperatur. Si iusticia uas paruulo per sacramentum ecclesie seu per passionem christi: ipse nihil cooperante et non consentiente. Iusticia autem est in adulto ex eius consensu et cooperacione. Ubi de adulto loquitur Ber. cum dicit. imitatio mala uoluntatem sibi per consensum iniungit. Ubi iusticia in paruulo est secundum habitum. In adulto igitur secundum actum. quia ad illam cooperatur. et sic cum ista iusticia sit idem re quod gratia. per quod gratia est iustificare. **A**d illud quod obicitur de opere meritorio uisum est quibusdam quod opus meritorium dupliciter producat a uoluntate. scilicet secundum rationem particularem: uel secundum rationem generalem. Si secundum rationem particularem sic producat meritorium a quolibet uirtute particulari

unde sic p dicitur fm distinctione statū. q libet enim etus fm vnā rōne particularē p dicit: sicut fortitudo p dicit ipm i aggrediēdo terribilia: et sic de aliis. Secūdu rōne generalem p dicitur op^o meritorū tripl^r. quia hec ratio generalis est tripl^r fm tripl^c rōne cālitatis. s. finalis. exemplaris. efficiētis. fm rōne finis quia est sūma bonitas: grā in caritate p dicit omne meritū. unde cōsiderādo finē. s. sūmam bonitatē sic omne meritū ē ex caritate: seu ex grā in caritate. et fm hoc dicitur caritas m^r et utū. Secūdu rōne exēplaris sic grā in fide p dicit omne meritū in omni etate: quia fides est exemplar seu ars que monstrat cognitionem finis ad quē tendēdū. et ideo dicitur fundamētūz omnium etatū. Secūdu rōne efficiētis sic grā i rōne grē p dicit omne opus meritorū. quia cōparat ad aīam ut motor. et sic p q aliter p dicit grā opus meritorū: et etates fm distinctiōnes virtutū: seu fm rōnes particulares.

Consequēter queritur

an li. ar. moueat a grā spōtaneē an coactē. Ad qd sic. Jo. 6. Nemo venit ad me nisi p traherit eū. Et trahit ē spēs mot^o violētū. q si nullas venit ad deū nisi trahit: null^o venit ad eū nisi violētē. Et libet ar. mouet ad deū p grām. grā q mouet ipm violētē. Itē Luce. 14. de illis q debēt venire ad nuptias dicit. Compelle eos ire vt impleat dom^o mea. Si q li. ar. cōpellit intrare domū dñi: et non potest intrare nisi p grām. q grā cōpellit ipm et mouet ad grām cōpellēdo. Et cōpulsio est mot^o violētus. q zc. Itē petit ab ecclia in quadā collecta. Nō res rebelles cōpelle xpicius volūtates. hoc petit a deo. Et ipse nō opat in nobis nisi p grām aliquā bonū. q grā cōpellit nostras volūtates ad bonū. et ita violētē mouet volūtates seu li. ar. ab ipa grā. Ad oppositū. Ecclesiastici. 15. Religt eam in manu cōsili sui. an hōiem vita et mors bonū et malū zc. Homo igit ē i potestate sui arbitrii. quia manus cōsili appellat potestas arbitrii. q in potestate ei^o est sequi et nō sequi mouētē grām. q grā non mouet ipm violētē seu coactē. Itē li. ar. ē libet a necessitate. Et si cōpulsus est et uiolenter moueret ab aliquo: non ē libet a necessitate: imo cogeret. q nō potest moueri uiolenter vel cōpelli a grā. Itē Ber. de grā et li. ar. qpe conditor: hac dignitate libet. ar. insigninit: seu aīam rōnalem vt quēadmodū sui iuris erat sueq volūtate: non necessitat erat q bon^o erat: illa similiter

quodāmodo sui iuris existet: quaten^o non nisi sua volūtate mala fieri et iuste damnari. aut bona fieri et iuste saluari. Ex quo reliquē q libet ar. seu aīa rōnalis nō pot aliquo modo cōtra suā volūtate cōpelli: nec moueri ad bonū. Et sic sicut dicit Ber. distinguēdo grāz cōpulsione. Est enim cōpulsio actiua et passiua. et fm utraq nos dicimur facere aliquid cōtra volūtate. Compulsio passiua recte uocari pot ubi nihil coopat patiens: que est absq cōsensu volūtario patiens. ut si nos cōpelleremur ad malū nobis inuitis: hec est cōpulsio passiua. sic fuit i bta Lucia que dixit. Si inuitam feceris me uiolari: castitas mihi duplicabit ad coronam. Compulsio actiua est in qua occurrit cōsensus patiens. s. cū induit^o ē p timorē ul dolorē ad hoc ut faciat malū. sicut est in illo qui timore mortis negat xpm. talis enim volens negat xpm: et nō uolens: quia melius uult negare xpm q pati mortē. s. sua tñ volūtate absoluta non negaret: et ppter hoc dicitur cōpulsus: quia negat ne moriatur. et hoc dicitur vana. q ē uolūtariū absolutū sicut est in illo qui simpl^r uult aliquid. Et est uolūtariū cōditionale: sicut ē in illo qui sō cōditione uult aliquid. Et grā nūq cōpellit libet ar. ad bonū cōpulsione passiua: quānis aliquē cōpulsioe actiua ipm cōpellat: quia aliquē mouet ipm p dolores et timores ut conuertat ad bonū. Cū Ber. Hoc quippe intendit cū terret aut pcutit ut faciat uolūtarios: non ut saluet inuitos. Secūdu q hanc distinctionē soluit hec qd et p rōne ad obiecta. Distinctio aut cōmunis ē et bona p quā breuiter soluit hec qd. q est coactio sufficiens et inducēs libet ar. nō pot cogi pma coactione ab ipsa grā. nec ab aliquo alio. s. solū coactione inducētī quia multa inducūt ipm ad hoc q uelit. quod prius uolebat.

Queritur consequenter

de cōparatione effect^o grē ad statū nostrū in presenti nita. et queritur an grā faciat nos inuita presenti sine pōtō esse. Ad qd sic. Aug. 11. arbitriū ē uolūtate qua bonū eligis grā assistēte. malū grā desistēte. Si q grā assistēte arbitriū eligit bonū. q semp assistēte grā bonam eligim^o. Et semp eligēdo bonū nūq peccam^o. q grā assistente in nobis nūq peccamus. Itē introducitur ab heretico in li. de pfectōe iusticie hōis ratio. et sumit ex apod. 14. ubi loquitur de hōinib^o que sequūt agnum quocunq ierit. In ore ipso: nō est inuētū mendacium.

sine macula sunt ante tronū dei. q̄ nunq̄ pec-
cauerūt ore. et si semper sine macula sunt: sunt
sine p̄dō. q̄ hō potest sine esse p̄dō in vita ista
Cum q̄ grā pbibeat p̄m̄ facere: stat q̄ hō
in vita ista sit sine p̄dō. ¶ Itē ps. Qui ingre-
dit sine macula x̄. habitabit in tabernaculo
tuo. q̄ aliquis p̄t ingredi sine macula. q̄ grā
potest facere q̄ homo in vita ista sit sine p̄dō
Itē. z. ad cor. ultimo. Decetero fres gaudete
p̄fecti estote. et ita a postol̄ inuitat eos vt sint
p̄fecti. q̄ in ista vita potest homo esse p̄fectus.
S; non potest esse p̄fectus nisi sit sine p̄dō. q̄ hō
in vita ista potest esse sine peccato. ¶ Item
Dent. is. Perfectus eris et absq; macula coram
dño deo tuo. et loquitur in p̄senti vita. ¶ Item
h̄tici in li. de p̄fectione iusticie hominis. Aut
de vult nos eē sine p̄dō: aut cū p̄dō. non vlt
q̄ sim? cū p̄dō. quia hoc incōueniēs est. q̄ nlt
q̄ sim? sine p̄dō in vita ista. et possum? eē sine
p̄dō in vita ista. aut de velle aliquid quod
non posset eē. qd̄ est in conueniēs magnū. quia
dicit. Quis enim tam demēs ut dubitet fieri
posse qd̄ velle non dubitat. ¶ Itē. i. 30. 3.
Qui h; hanc spem in eo sanctificat se. s. i. deo
sicut ipse. s. deus sanctus est. Vult q̄ homo in
vita ista possit se sanctificare sicut deus. S; de
imūnis est ab omni p̄dō. q̄ homo in vita ista
p̄t eē imūnis v grām ab oī p̄dō. ¶ Ad oppo-
sitū. Aug. de p̄fectione iusticie hominis. et su-
m̄ ex. i. 30. 1. Si dixerim? q̄ p̄m̄ non hēmus
nos ipsos seducim? et v̄itas in nobis non est.
dicit aug. Non dicit 30. Si p̄m̄ non hūeri-
mus. s. si p̄m̄ non hēmus. q̄ qui diceret se nō
hēre p̄m̄ ipse diceret falsum. falsum q̄ hō-
minē in vita ista eē sine p̄dō. licet sit in grā. q̄
grā non potest facere hominē in vita ista esse
sine p̄dō. ¶ Itē. puer. 20. Quis potest dicere.
mundū est cor meū: pur? su; a p̄dō. Et Amb.
in quadam omel. Nemo mundus a sordē: nec
infans vni? diei sup̄ terrā. q̄ nec parul? nec
adult? est mund? a p̄dō in vita ista. ¶ So. v̄d
q̄ aug. ass̄gnat tres op̄iones circa questionē
istam: quāz vnam hēt p̄ erronea et heretica.
secundā h; quasi pbabilē. et dicit q̄ potest su-
stineri. tñ opponit cōtra eā. tertiā h; p̄ h̄a: et h̄
ē sua opinio p̄p̄ie. Prima q̄ op̄io quā narrat
talīs ē: q̄ nos sum? in vita ista indistincte s̄n
p̄dō. vnde dicit. Quisq; dicit post acceptas
remissionē p̄dōz quēq; boēm in se uixisse: ul
v̄inere: vt nullum hēat p̄m̄: cōtradicit ap̄lo
30. qui dixit. Si dixerim? q̄ peccatū non ha-
bem? x̄. et sic dicit q̄ vna opinio est q̄ grā po-

test facere hominē esse sine p̄dō in distictē: q̄
tñ falsa est. ¶ Itē opinio est que sustineri po-
test: vt dicit q̄ hēre p̄m̄ ē vel d̄ dupl̄. 1. 2. 3.
p̄m̄ d̄ ad? inordinat. dicit etia; ipm̄ p̄m̄
fomes seu ip̄a p̄nitas que est ad peccandū. po-
test q̄ intelligi auctoritas 30. Si dixerimus q̄
peccatū x̄. aut de actu peccati: aut de fomite
peccati. quia fomitē appellat apostol? peccatū
ad ro. 7. Non enim qd̄ volo ago. s. quod odi
malū hoc facio x̄. Si q̄ quod nolo id facio: n̄
ego operor illud. s. quod habitat in me p̄m̄.
et appellat illud p̄m̄ fomitē seu p̄nitarē ad
peccandū. Si q̄ appellem? p̄m̄ actū inordina-
tū: sic homo potest eē sine peccato i vita ista.
hoc est sine actu inordinato. non tñ potest esse
in vita ista sine peccato. i. sine fomite peccati.
et ita grā per modū p̄m̄ potest hominē facē
eē sine peccato. i. sine fomite peccati. in vita p̄
senti. s. m̄ aliū modum non. excepto p̄uilegio
gloriose x̄ginis: que utroq; modo fuit sine pec-
cato. Cum enim loquimur de peccato n̄ loqui-
mur de ipsa: nec de alijs p̄uilegiatis: ut for-
tan de iohē baptista. et dicit aug. q̄ hoc satis
p̄picaciter v̄ctū ē. Ipse tñ opponit cōtra. et i
hoc affirmat et ponit suā opinionem p̄p̄ia: q̄
vult dicere: q̄ non potest homo aliquo modo
esse sine peccato veniali. et hoc p̄bat. Si q̄s alī
sentiat videat quid agat de oratione domi-
nica vbi dicitur. Dimitte nobis debita nostra
qd̄ nisi fallo: non esset opus dicere: si nūq̄ pec-
carem? venial̄: nel in lapsu lingue: uel in ob-
delectanda cogitatione peccati aliq̄ fomit̄
desiderijs sentirem? s. tantū diceremus. Et
ne nos inducas i temptationem. et ita nullus
potest esse sine actu peccati ut solum habeat
fomitē et non actū peccati venial̄ ad minus.
¶ Ad idem ponit aug. auctoritatē vicē. Nec
Jacob? apostol? diceret. Jaco. 3. In multis offē-
dim? omnes. nullū excludēdo. Null? q̄ excipit
omnino a peccato. q̄ omnes offendunt. et ita
null? potest esse in vita ista sine peccato saltē
veniali. Est igit opinio ei? quā affirmat uerā
q̄ null? in hac vita possit esse sine veniali. dicit
tñ q̄ alia opinio a magnatib? posita ē. ¶ Ad
p̄m̄ q̄ d̄ q̄ semp potest homo eligere bonū
grā assistente. non tñ potest facere bonū ipsa
assistente. Un̄ semp est posse: non tamē semp
facere. et hoc p̄pter fomitē p̄m̄ qui in ipso est
inclinans ipm̄ ad malū. et auertēs a bono. ga
ponit in eo difficultatē faciēdi bonum. p̄pter
quod exclamat ap̄lus ad ro. 7. Qd̄ nolo malū
hoc ago x̄. et itē. Uideo legem in membris

meis repugnare zc. potest q̄ hō p grām affi-
stētē eligere bonū ⁊ vitare quodlibet malū ī sin-
gulari. s̄ non quodlibet malū ī vli. q̄a potest per
ipsam vitare hoc vbi ociosum: ⁊ hūc morus
occupat carnalis. ⁊ sic de quolibet singulariter p
se. s̄ non potest vitare omne peccatū vel oēs
occupat in vli. Et exemplū ē si nautis aliqua
esset pforata cētū foraminib⁹: ille qui esset in
nauti posset facere q̄ aqua nō intraret p quolibet
illoz singulariter: quia posset quis facere q̄ p
hoc aqua non intraret: nec q̄ p illud. ⁊ sic de q̄libet
singulariter: non tñ posset vli facere in q̄libet
foramine: q̄ p nullū intraret aqua. eodē mō ē
de illo qui h̄ grām ad hoc vt vitet quodlibet
malū. Ad aliud de auctoritate apod. rñder
aug. dices. Propterea tales sunt dicti q̄ ī ore
eoz nō ē inuētū mēdaciū: quia nō dixerūt se nō
habere p̄m. quia si aliter dicerēt mētīrētur:
sicut dicit 3o. Si dixerim⁹ q̄ p̄m nō hēm⁹ zc.
vitas in nobis nō est. ⁊ sic illa auctoritas pec-
dit oīra hereticos. Ad aliud de ps. Qui in-
gredit sine macula zc. rñder Aug⁹. faciendo
vitiū in eo q̄ dī sine macula. quia cū dī īgre-
di sine macula: hoc non ē dicere q̄ non hēat
maculā aliquā: s̄ q̄ irrep̄sibilis gradis. vñ
dicit. ingredi sine macula non absurde dicitur
q̄ ad ip̄as p̄fectionē irrep̄sibilis currit carēs
tribus damnabilibus: atq̄ ipsa peccata non
negligēs mūdare delectatōis. Ingredi q̄ sine
macula solū p̄uat maculā mortale: s̄ nō veni-
ale: vñ tñ irrep̄sibilis currat ad p̄fectionē
homo mūdādo culpā veniale. Ad aliud d̄
auctoritate sumpta ex Deut. rñder aug. in li.
de grā ⁊ cē. dices. Q̄ est p̄fectio viatoris: ⁊
est p̄fectio iam puenientis. p̄fectionē viatoris
p̄est homo habere in vita ista: quia hec est
p̄fectio p̄ficiētū. Vñ dicit. p̄ficiētū ē vita
q̄uis bñ p̄ficiētis dicant p̄fectū viatores.
hec aut̄ p̄fectio non excludit omnē culpā: sed
solū mortale: ⁊ q̄ irrep̄sibilis mūdēt venia-
les. P̄fectio aut̄ iam pueniētis ē illa que est
in gloria. Tanc non pot̄ homo habere ī vita
ista: s̄ illam habebit in gloria: qñ erit absq̄ oī
peccato ⁊ p̄nitate ad peccādū. hec enī p̄fectio
omne peccatū excludit. Vñ dicit. Illa aut̄ est
sūma p̄fectio: cui nihil addit: cū id quo tēdit
cepit possideri. vnde hec p̄fectio ē absq̄ omni
macula: cū ei nihil possit addi. s̄ p̄ma non ex-
cludit maculā veniale: nec etiā p̄nitate sen
fomitē. Ad aliud d̄ fm Aug. q̄ de⁹ vult
nos esse sine peccato. aliter enim non misisset
filiū suū qui sanaret hoīes a peccato. Dicit q̄

q̄ homo pot̄ esse sine p̄ctō mortali in vita ista p
grām. potest enim esse absq̄ omni p̄ctō quātū
ad futurū statū qui est in gloria. p̄ suū tñ arbi-
triu: nec p̄ grām non pot̄ esse sine peccato ueni-
ali quātū ad p̄sentē statū: s̄ sine mortali. Vñ
dicit q̄ in p̄senti bene sequit q̄ de⁹ vult hoīes
esse sine peccato. q̄ hoīes possūt esse sine pecca-
to. s̄ mortali. Ad aliud de auctoritate 3o.
Qui h̄ hanc spem in eo sanctificat se zc. vñ q̄
differet sanctificare ⁊ sanctū esse. q̄a sanctificare
dicit sanctū fieri. sanctū esse dicit sanctitatē
in facto esse. Sicut q̄ est res in fieri ⁊ in facto
esse. ⁊ non sequit. vñ sit. q̄ vñ sit. s̄ sequit
est in facto esse. q̄ est. Similiter vñ q̄ non sequit.
sanctificat se. q̄ est sanct⁹. Vñ ī hac vita bēns
grām sanctificat se hēndo spem. i. semp̄ est in
fieri sanct⁹ quousq̄ pueniat ad illum statum
de quo h̄. i. 3o. 3. Cū appauerit similes ei cri-
mus. ⁊ hoc erit in gloria. ⁊ sic sanctificare se
nō ponit elōgatōez ab oī macula ⁊ ab oī p̄ctō.

Consequēter que

rit de ordine effectū grē. Et p̄mo
de ordine istoz duoz effectū iustificare ⁊ ui-
uificare. ⁊ de ordine istoz duoz purgare
illuāre: seu expulsio p̄cti: ⁊ infusio grē.

Ad primum sic. p̄cti est expulsio
mōti q̄ introductio
uite. Si q̄ p̄ iustificationē ē expulsio mortis. s̄
peccati. p̄ uiuificationē est introductio uite. q̄
p̄cti est iustificatio q̄ uiuificatio. Con̄. Uñ
iustificatio est mōt⁹ ad uitā. iustificatio ē mōt⁹
ad iusticiā. s̄ iusticia oseq̄ uitam. q̄ p̄cti est
uiuificatio q̄ iustificatio. Adnot. p̄. quia aīa
uiuificat a grā fm se. q̄ uiuificatio respic̄ aīa
fm se. Iustificat aut̄ aīa a grā non fm se: s̄ in
op̄atione ad op̄. quia sicut dicit Ber. Iusti-
ficatio respicit meritū sicut mīa miserā intu-
etur. unde cū respiciat meritū respicit opus.
⁊ ita p̄cti est uiuificatio ī aīa q̄ iustificatio. q̄a
p̄cti est aīa p̄ se q̄ in op̄atione ad op̄. Po-
stea q̄rit de ordine istoz que sunt purgatio
seu expulsio peccati. ⁊ illuātio seu infusio grē.
Ad qd̄ sic. p̄cti est purgatio tenebre ab aere
q̄ aduēt⁹ lucis. Si q̄ op̄atio grē ad aīam ē sic
lucis ad aerē. quia grā op̄at ad aīam ut lux.
cū lux p̄cti purget tenebram ab aere q̄ illuāet
ī p̄m. q̄ grā p̄cti purgat tenebrā peccati ab aīa
q̄ illuāet ip̄as. q̄ p̄cti est effect⁹ qui ē purgare q̄
illuāre. ⁊ t̄ p̄cti ē auersio a deo ⁊ conuer-
sio ad amabile bonū. s̄ p̄cti est illa conuersio
ad bonū amabile q̄ auersio a deo q̄ ē bonū

incomutabile. quia illa conuersio est causa illius conuer-
sionis. quod si in gratia prius est auerti a peccato quam
conuerti ad deum. quod expulsio peccati prior est quam in-
fusio gratie seu illuminatio. **Item** super illud psalmi. Sic
in sancto apparui tibi. dicitur glo. Nisi quis
prius deficiat a malo non ueniet ad bonum:
quod est deus. non excipit nona uiam nisi uer-
terit. quod prius deus expelli peccatum ab anima quam in-
fundat gratiam. et ita prior est expulsio peccati quam in-
fusio gratie uel illuminatio. **Ad** oppositum. Ambrosius
apologia David super psalmi. Prius est ut per gratiam
iniquitas deleat quoadmodum in anima sapientis
disciplina impudencia tollit: et scia ignorantia
sic perfecta etus iniquitate. Sicut quod prius est ut
adueniat anime scia quam excludatur ignorantia: ita
prius deus gratia aduenire anime quam expellat peccatum
ab anima. quod prior est infusio gratie in anima quam expulsio
peccati. **Item** queritur utrum simul tpe sint in
anima isti duo effectus. scilicet purgatio et illuminatio: seu
expulsio peccati et infusio gratie. aut secundum prius et
posterius. Et ob hoc sic. Prius definit in hoc instanti
illud instans ultimum in quo ultimo est perfectum. in
isto dicat a. instans in quo primo recipit gratiam. in
isto dicat b. Credo queritur a. et b. aut sunt simul
in eodem instanti. aut non. Si sic. in a. ultimo est
perfectum in isto. in b. est primo gratia in isto quod simul et
in eodem instanti sunt perfectum et gratia in isto. Si non
sunt simul a et b. quod consequenter inter se innice. Sed
inter quos duo instantia est accipere tempus me-
dium. ergo inter a. et b. est accipere tempus me-
dium. Quero de illo tpe medio: non est in a. quod
iste non est malus. non est in b. quod non est bonus.
quod neque bonus est iste neque malus. quod est incon-
ueniens ponere. quod necesse est quod simul tpe expel-
lat peccatum ab ipso: et ipsi infundat gratiam. **Do.**
dicitur. quod ordo in effectibus gratie potest attendi tripliciter: quia
gratia comparatur tripliciter ad animam. scilicet ut uita. ut lux.
ut motor. Secundum autem quod comparatur ad animam ut
uita sic primo effectus eius in anima sunt nificare. al-
simulare. gratificare. quia sunt effectus gratie. ut
comparatur ut uita. secundum autem quod comparatur ad animam ut
lux: sic primo effectus eius sunt purgare illuminare
perficere. quia isti sunt effectus gratie. ut comparatur
ut lux ad animam. Secundum autem quod gratia comparatur
ad animam in ratione motoris: sic primo effectus eius
sunt isti iustificare. excitare. motus meritorios
elicere. quia sunt effectus eius secundum quod comparatur ad
animam: ut motor. Et sic secundum diuersas comparationes
ad animam est diuersificare ordinem in effectibus
gratie. Tamen si queratur quis effectus gratie prior est prin-
cipaliter et simpliciter dicitur. quod prior est comparatio gratie ad
animam ut uita quam alie comparationes. quia prior est figura

ratio seu conformatio anime ad summam bonitatem: quod
est spiritus sanctus. unde primo figurat nos sibi
spiritus sanctus. deinde ex illa figuratone est no-
bis conuincio totius trinitatis. et ex illa conformati-
one ad bonitatem uel ad spiritum sanctum: qui est
amor summe uita. unde per illam conformatone et
figuratone quam dicimus gratiam: uiuit anima deo
sicut dicit augustinus. Consequens hoc comparatio uel
figuratio est ad primam uirtutem. et secundum hoc comparatur
gratia ut lux. Ultima figuratio est ad ipsam
potentiam patris uel uirtutem. et secundum hoc comparatur
ut motor. et secundum hoc simpliciter loquendo priores
sunt effectus gratie secundum quod comparatur ad animam ut ui-
ta. consequentes autem sunt effectus illi: ut comparatur
ut lux. ultimi sunt effectus eius: ut comparatur ut mo-
tor. et inter effectus gratie: ut est uita dicitur quod uiuifi-
care simpliciter prior est. Et sic patet qui effectus simplici-
ter sunt priores. et quis simpliciter prior. **Ad** primum dicitur
quod si loquamur secundum ordinem nature uel rationis: sic
prior est iste effectus quod est uiuificare quam iustificare
unde simpliciter prior est. tamen secundum quod potest esse quod
iustificare sit prius. scilicet in comparatione. quia si co-
paretur gratia ad animam in ratione motoris. sic quantum
ad hoc iustificare est prius. simpliciter tamen est prior
uiuificatio. **Sed** ad illud quod obicitur: quod expelle-
do mortem introducit iustificatio uitae: hoc
est cum ipsa simul introducit uita dicitur quod simul
sunt tpe. Sed notandum quod iustificatio dupliciter dicitur
scilicet proprie et improprie. proprie dicitur iustificatio quan-
tum ad rectitudinem uoluntatis: secundum quod respicit
recte uelle uel operari. improprie dicitur secundum quod respi-
cit recte esse. **Ad** aliud quod queritur de or-
dine purgationis et illuminationis dicitur. quod alius
est ordo in effectibus gratie per comparationem ad agem-
tem a quo sunt. et recipientem in quo sunt. si si
alius est ordo secundum quod sunt in ratione mali: uel in
ratione formalis: sicut patet in aere. Si isti effectus
purgare. illuminare possunt considerari in ratione
passiua et materiali. secundum quod dicitur purgari illumi-
nari. et sic prius est purgatio quam illuminatio. quia
prius naturaliter purgatur aer a contraria dispositio-
ne quam illuminatur. Sic quod dicitur de gratia quod comparatur ad
animam ut lux spiritualis. Ex parte autem agentis est
e contrario. quia primum quod intendit ipsa lux
in aere est ipsum informare. et disponere. unde
disponit ipsum ad recipiendum informationem. et
purgat. et loquitur secundum naturam. Sic ex parte lud
gratie dicitur. quod prius est perficere. et est disponere
seu illuminare. et est purgare. Ex parte autem
anime recipientis e contrario est. Et per hoc patet
responsio ad omnes rationes preterquam ad ultimam quam
ostendit quod simul sunt. Ad quam dicitur quidam

q̄ simul sunt tpe expulsio peccati ⁊ ifasio gr̄e.
 ⁊ d̄ q̄ idem ē instans fm̄ sbam. differēs solū
 fm̄ rōnē in quo desinit p̄t̄m esse in isto. ⁊ gr̄a
 incipit esse in illo eodē. s̄ ex hoc non sequit̄ q̄
 simul sunt p̄t̄m ⁊ gr̄a in illo. quia v̄fia est in
 successiuis ⁊ permanētib⁹. quia in successiuis
 q̄n res desinit esse: sequit̄. desinit eē. s̄ non est
 s̄ in p̄manētib⁹ sequit̄. desinit esse. s̄ adhuc
 est. s̄ otinno post hoc instans non erit. Similr̄
 in successiuis sequit̄. incipit eē. s̄. ⁊ in p̄manē
 tib⁹ aut̄ nō sequit̄: s̄ sequit̄. incipit eē. s̄ adhuc
 non est. s̄ otinno post hoc erit. ⁊ hoc est. quia
 p̄manētia h̄nt eē in sui termino: ⁊ non in sui
 p̄ncipio. Successiua aut̄ h̄nt eē in sui p̄nci
 pio fm̄ quendā modū: ⁊ non in sui termino. ⁊
 hoc ē quia eē successiua ē in fieri ⁊ n̄ i factō
 esse. Est aut̄ p̄manētū est in factō eē ⁊ nō in
 fieri. Est igit̄ idem instans fm̄ sbam in quo
 ultimo desinit p̄t̄m eē: ⁊ i quo ultimo incipit
 gr̄a differēs fm̄ rōnē. sicut p̄nt̄⁹ i de⁹ ē termi
 nus vni? linee ⁊ p̄ncipiū alteri? linee. Uñ sic
 non sequit̄. Dies desinit eē. s̄ p̄t̄m ē. Si autem
 sequit̄. peccatū desinit eē. s̄ p̄t̄m ē. Si autem
 querat̄ vtrū idem sit instans in quo ultimo ē
 peccatū in isto: ⁊ in quo p̄mo est gr̄a. v̄ q̄ nō
 Si aut̄ obiciat̄ q̄ inter quelib⁹ instantia ē t̄ps
 mediū zc. v̄ q̄ hoc tenet in motu successiua
 ⁊ nō in mutatione s̄bita. Est enim quedā mu
 tatio que est p̄fectibilis p̄ t̄ps. ⁊ h̄ est motus
 ⁊ ibi tenet ista regula. Et est alia mutatio q̄ ē
 s̄bita. ⁊ h̄ maxime mutatio ē in aduentu v̄lti
 me forme respectu materie: q̄n in materia fa
 cta est necessitas ⁊ in sūmo disposita respectu
 illi? v̄ñ sic p̄ q̄n ignis aduenit ligno v̄t fiat
 forma ignis in ligno: p̄mo disponit̄ lignū ad
 suscipiendū forma ignis: ⁊ remouēt̄ dispōnes
 contrarie. ⁊ tunc est ibi mutatio successiua. q̄n
 s̄o in sūmo dispositū ē lignū p̄ calefactionem
 t̄nc s̄bitō ⁊ in instanti fit forma ignis i ligno
 ⁊ t̄nc mutatio que est ibi s̄bita est. Si s̄ gr̄a
 instans id̄ in quo nunc v̄ltimo non est ignis
 in ligno. ⁊ in quo nunc p̄mo est ignis in ligno
 aut̄ est idem instans. aut̄ nō. v̄ q̄ nō. imo di
 versa sunt instantia: t̄ñ non est accipere t̄p̄s
 mediū inter illa. quia non est ibi accipere otinua
 um: s̄ magis sic nūm̄z mot⁹.

Restat post predicta ad pleniorē intel
 ligentiā de cognitione gr̄e inquirē.
 Et querūt̄ tria. Primo de cognitione in ge
 nerali. ⁊ de cognitione in sp̄ali. Tertio
 de cognitione in particulari. pluribus enim

modis non est rem cognoscere.

Ad primum sic. Anima quasda
 res que extra se sūt
 cognoscit. ⁊ hoc p̄ similitudines rez. quasda
 aut̄ cognoscit in se: ⁊ illas p̄ se ip̄a; cognoscit
 Certi aut̄ cognoscit aīa ea que cognoscit se
 ip̄a: q̄ ea que cognoscit p̄ aliud. Cum igit̄ gr̄a
 sit eoz que nata sunt eē i anima: p̄ q̄ anima
 nihil certi? cognoscit q̄ gr̄am. s̄ gr̄a ē cogno
 scibilis simplr̄. **C**ōtra. Si gr̄a nō cognoscit
 visione corporali nec imaginaria. s̄ cognoscit
 tertio genere visionis que est intellectualis. s̄
 hac visione cognoscit res p̄ se ip̄am apud aīa;
 ⁊ non p̄ similitudinē aliam ab ip̄a. s̄ gr̄a non co
 gnoscit ab aliquo qui est i peccato mortali. cū
 ip̄a res gr̄e nō sit apud aīa; illi? Si s̄ ea que
 cognoscit fm̄ rōnē diffinitōis simplr̄: coḡsci
 tur ab omnib⁹ seu ex̄tib⁹ in p̄t̄o mortali: seu
 non. s̄ gr̄a non cognoscit p̄ rōnē diffinitōis.
Ite 30.3. Sp̄s vbi vult spirat: ⁊ vocē ei?
 audis: s̄ nescis vnde veniat. aut quo vadat.
 s̄ nihil aliud est spiratio sp̄s q̄ gr̄a que a
 sp̄a sancto spirat in nobis. s̄ nescim⁹ vnde ve
 niat aut quo vadat spiratio sancti sp̄s. s̄ nō
 est cognoscibilis spiratio sp̄s sancti ab habē
 te ip̄am. s̄ gr̄a nō est cognoscibilis ab eo q̄ h̄
 ip̄am. s̄ multo magis nec ab illo qui non h̄t
 ip̄am. s̄ a nullo est cognoscibilis. **S**o. v̄ q̄
 duplex ē scire. s̄ scire in v̄lti. ⁊ scire i particulari
 seu in rōne p̄pria. Dicendū ē q̄ otinuit scire
 gr̄am in v̄lti: ⁊ ideo eū eē in uli sit eē diffiniti
 uum. p̄pter hoc est cognoscere gr̄am fm̄ diffi
 nitionē quid sit. ⁊ appello scire in uli: sic ali
 qs p̄t̄ scire omnē mulā eē sterile: ⁊ t̄ñ dubi
 tabit de hac mula. ⁊ appello i uli scire gr̄am
 q̄ aliqs sciat in uli qd̄ ē gr̄a. scire i particulari:
 ⁊ in rōne p̄pria q̄ aliqs sciat se h̄ere gr̄am s̄;
 rōnem gr̄e. s̄ hoc modo non potest sciri: sed
 p̄mo modo. **A**d illud quod ob̄ q̄ nihil cer
 tius cognoscit anima q̄ ea que sunt in ip̄a v̄
 q̄ hoc intell̄ de illis q̄ sunt apud aīam: s̄ sint
 scabilia i particulari seu i rōne p̄pria ab aīa.
 ⁊ non de illis que sunt scabilia in uli fm̄ diffi
 nitionē. **A**d rōnes i oppositū: ⁊ p̄mo ad p̄
 mā v̄ q̄ ille qui est in mortali h̄t sciam i uli
 de gr̄a quid sit: ⁊ n̄ i particulari nec i rōe p̄
 pria. quia qliber seu bon⁹ seu mal⁹ a creatione
 h̄t inditam rōnē boni ⁊ veri. fm̄ q̄ dicit aug
 ⁊ Boeti⁹. Sicut s̄ in notioe p̄ncipioz veri ē
 notio occlusionū in uli. ita in notione boni no
 bis i uli imp̄ssa ē notio gr̄e i uli. ⁊ ex illa no
 tione boni possum⁹ scire quid ē gr̄a i uli. s̄ q̄

m m

ipsa est velut quedā qualitas in anima. Cum enim grā sit bonū et hēam notionē boni tūc nobis im pssam: ex illa possum arguere grāz eē. h̄c erit notio in uniuersali: non in rōne ppria. et sic ex notione boni erit diffinire grāz in uniuersali et cognoscere. ¶ Ad 2^o dō. q̄ illa auctoritas intell̄ de spiratione grē i particulari: sicut de grā que informat animā alicuius sancti hominis. quia nescit unde veniat. aut quo vadat. unde non cognoscit eā in se. Et ita illa auctoritas excludit noticiam in se in particulari: et non in uniuersali.

Consequenter queri

tur de cognitione grē in spali. Ad quod sic. Oppositorū eadē est scia. Cum q̄ grā et pām sint opposita: eadē est eorū scia. q̄ cū peccatūz scia in rōne ppria: p̄ q̄ grā scibilis ē in rōne ppria. ¶ Itē h̄c cognoscit lux q̄ tenebra: quia lux est pncipiū cognitionis sui et tenebre. vñ manifestat se et tenebrā. h̄c grā est vt lux: sicut dicit Jo. dam. pām tenebra. q̄ h̄c cognoscitur grā q̄ pām. Si q̄ peccatū cognoscit in rōne ppria: multo fortis et grā. ¶ Itē h̄c cognoscit reſtitudo q̄ obliquitas. q̄ non cognoscit obliquitas nec manifestat nisi p reſtitudinē: ut obliquū ē quod deficit a reſtitudinē. S; grā est reſtitudo: pām obliquitas. q̄ h̄c cognoscitur grā q̄ peccatū. Si q̄ peccatū cognoscit in propria rōne: multo magis et grā. ¶ Contra. Job. 9. Si venerit ad me non videbo eū. si abi erit non intelligam. S; aduēt^o dei ad aīam ē p grāz. recessus h̄o dei ab aīa est p pām. Si q̄ nō intell̄ suū venire nec suū recedere. q̄ nec grā intell̄ nec pām. q̄ grā nō ē cognoscibilis in ppria rōne. ¶ Ad primū dō q̄ cognitio in ppria rōne pot̄ dupl̄ eē. quia vel in ppria rōne sp̄i vel singularis. Primo mō cognoscibilis est grā in ppria rōne sicut pām. et quātū ad hoc eorū eadē est disciplina. h̄c nō in rōne singularis sicut videbit. ¶ Ad 2^o et 3^o dō q̄ est cognitio reſtitudinis i rōe sp̄i: vel singularis. Primo modo h̄c cognoscit reſtitudo q̄ obliquitas. et lux q̄ tenebra. et grā q̄ pām. et sanitas q̄ infirmitas. vñ medicus p rōnez medicine uniuersalē certi^o cognoscit sanitatē q̄ egritudinē. quia non cognoscit hoc mō egritudinē: nisi quia est defectus sanitatis. h̄c enim modo p̄uatio cognoscit p habitū: quia cognitio in sp̄i est cognitio diffinitiuā. p̄uatio aut̄ diffinit̄ p habitū. Cognitiōe h̄o particulari sic certi^o cognoscit p̄uatio q̄ habitus.

vt obliquū q̄ reſtū: et sic de aliis. quia plura requirūt ad cognitōem habit^o q̄ p̄uatiōis i sui cognitōe particulari. vñ medic^o certius cognoscit egritudinē i particulari q̄ sanitatē. quia ad cognitōem sanitatē i particulari vel ad sanitatē in uniuersali requirūt multe adequationes. s. i spiritibus. i humorib^o. i mēbris. et nisi sit oīmoda adequatio n̄ erit sanitas. Egritudo aut̄ dicit̄ per defectū ab aliqua istaz adequationū: quecūq̄ sit illa. hoc antez certius cognoscit q̄ adequatio oīmoda. Sicut ad hoc q̄ sit reſtitudo: oportet q̄ oēs partes magnitudis adēq̄ne p̄cipio et fini. vñ reſtū est cuius partes medie n̄ exēat ab extremis. Obliquitas aut̄ est per exitū vni^o solius ptis Exit^o aut̄ istius partis certius cognoscitur et videt̄ q̄ oīmoda adequatio oīum partiū. sicut est de peccato et grā. quia plura requirūt ad grām q̄ ad peccatū. et ideo certi^o cognoscit peccatū i particulari q̄ grā. h̄c ecōuerso i uniuersali. ¶ Ad rōem i oppositū dō. q̄ n̄ vult dicere beat^o Job q̄ peccatū et grā n̄ cogitāf h̄c vult dicere q̄ si deus accedat ad aīam vel recedat ab ipā omnino n̄ sequit̄ necessario q̄ videat̄. quia pot̄ esse q̄ veniat: homo tamen nesciet: sicut i paruulis: et multis etiā claudit dñs cognitōem h̄o ad remonēdā p̄sūptōez ab ipsis. et ut excitet eos ad timorem.

Meritur conse

que ter
vtrum grā sit cognoscibilis i parti-
culari. et partē ista questio. ¶ Primo enim q̄
ritur vtrū aliquis possit cognoscere p sciam
se habere grām. ¶ 2^o vtrū per experimētum
possit hoc cognoscere. ¶ 3^o vtrū p reuelatōez
sic. 2. cor. 4. vñ apls
Nihil mihi cōsci^o suz
h̄c n̄ i hoc iustificat^o sum. q̄ h̄c sciret apostol^o
n̄ eē cōsciū: n̄ tñ sciebat se esse iustificatū. q̄
nesciebat vtrū esset i statu grē. q̄ multo ma-
gis nec alius scit. ¶ Itē i ecclesiastes. 9. Nemo
scit vtrum sit dignus amore vel odio. Dign^o
est amore qui est in gratia. dign^o est odio q̄ ē
i peccato. q̄ nemo scit si est i gratia vel i p̄tō
¶ Item. i. Jo. i. Si dixerimus q̄ peccatū n̄ ha-
bemus nos ipos seducim^o et veritas in nobis n̄
est. Si q̄ nullus potest dicere se nō esse in pec-
cato: null^o potest dicere se esse i gratia. q̄ nec
scire. ¶ Item. puer. 20. Quis potest dicē mū-
dum est cor meū. purus sum a peccato. quasi
dicat nullus. S; gratia non est sine iudiciā
cordis. q̄ nullus potest scire se habere grām.

